

## Commentarius primus.

### I. De iure civili et naturali.

1. Omnes populi qui legibus et moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur; nam quod quisque populus ipse sibi ius constituit, id ipsius proprium est vocaturque jus civile, quasi jus proprium civitatis; quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes populos peraeque custoditur vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utuntur. Populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quae singula qualia sint, locis proponemus.

2. Constant autem jura populi Romani ex legibus, plebiscitis, senatusconsultis, constitutionibus principum, edictis eorum qui jus edicendi habent, responsis prudentium.

3. Lex est quod populus jubet atque constituit. Plebiscitum est quod plebs jubet atque constituit. Plebs autem a populo eo distat, quod populi appellatione universi cives significantur connumeratis etiam patriciis; plebis autem appellatione sine patriciis ceteri cives significantur; unde olim patricii dicebant plebiscitis se non teneri, quia sine auctoritate eorum facta essent; sed postea lex Hortensia lata est, qua cautum est ut plebiscita universum populum tenerent: itaque eo modo legibus exaequata sunt.

4. Senatusconsultum est, quod senatus jubet atque constituit; idque legis vicem optinet, quamvis fuerit quae situm.

5. Constitutio principis est, quod imperator decreto vel edicto vel epistula constituit. Nec umquam dubitatum est, quin id legis vicem optineat, cum ipse imperator per legem imperium accipiat.

6. Jus autem edicendi habent magistratus populi Romani; sed amplissimum jus est in edictis duorum praetorum, urbani et peregrini, quorum in provinciis jurisdictionem praeses earum habent; item in edictis aedilium curulium, quorum jurisdictionem in provinciis populi Romani quaestores habent; nam in provincias Caesaris omnino

## První komentář.

### I. Právo občanské a přirozené.

1. Všechny národy, které se řídí zákony a mravy, užívají práva zčásti svého vlastního, zčásti všem lidem společného; neboť, co si každý národ sám scbě ustanovil jako právo, to je jeho vlastním právem a nazývá se právem občanským, jakoby to bylo právo obci vlastní; co však přirozený zájem mezi všemi lidmi ustanovil, to se shodně zachovává u všech národů a nazývá se „mezinárodním právem“\*) (*ius gentium*), jako když tohoto práva užívají všechny národy. A tak římský národ užívá práva částečně svého vlastního, částečně všem lidem společného. V jednotlivostech na to ukážeme na příslušných místech.

2. Práva římského národa se skládají ze zákonů (*leges*), z usnesení „lidu“ (*plebiscita*), z usnesení senátu (*senatusconsulta*), z císařských výnosů (*constitutiones principum*), z vyhlášek těch, kdo mají právo je vydávat (*edicta, ius edicendi*), z odpovědí právníků (*responsa prudentium*).

3. *Lex* je to, co národ rozkazuje a ustanovil. *Plebiscitum* je to, co plebs rozkazuje a ustanovil. Plebs se liší od národa (*populus*) tím, že se nazvem „národ“ označují všichni občané, počítajíc do toho patricie; nazvem „*plebs*“ se nazývají ostatní občané bez patricií; odtud kdysi patriciové říkali, že nejsou vázání plebiscity, ježto byla vydána bez jejich schválení; ale potom byl vydán Hortensiův zákon, jímž bylo stanoveno, že plebiscita zavazují veškerý národ; tím byla „usnesení lidu“ na roveně postavena zákonům (*leges*).

4. *Senatusconsultum* je to, co senát rozkazuje a ustanovil; usnesení senátu má platnost zákona, ačkoli to bylo sporné.

5. *Constitutio principis* je to, co ustanovil vladař (*imperator*) dekretem nebo ediktem nebo dopisem (*listem, epistula*). Nikdy se nepochybovalo o tom, že panovníkova konstituce má platnost zákona, když sám vladař přijímá zákonem vládu (moc, *imperium*).

6. *Ius edicendi* (právo vydávat vyhlášky, *edikty*) mají magistráty (úřady) římského národa; ale nejvíce práva je uloženo v ediktech dvou pretorů, městského a cizineckého (*praetor urbanus, praetor peregrinus*), jichž pravomoc v provinciích mají jejich správci; rovněž v ediktech kurulských edilů, jejichž pravomoc v provinciích římských

\*) Název „*ius gentium*“ je do češtiny sotva přeložitelný. Jeho pojmenování nevystihuje přesně výraz „mezinárodní právo“ ani slova „mezinárodní právo soukromé“, ani „právo národů“, ani „právo cizinecké“. Soubor právních norm, označovaný Římany „*ius gentium*“, byl součástí římského práva.

quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur.

7. *Responsa prudentium* sunt sententiae et opiniones eorum quibus permissum est jura condere. Quorum omnium si in unum sententiae concurrent, id, quod ita sentiunt, legis vicem optinet; si vero dissentiunt, judici licet quam velit sententiam sequi; idque rescripto divi Hadriani significatur.

## II. De juris divisione.

8. Omne autem jus, quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius videamus de presonis.

## III. De condicione hominum.

9. Et quidem summa divisio de jure personarum haec est, quod omnes homines aut liberi sunt aut servi.

10. Rursus liberorum hominum alii ingenui sunt, alii libertini.

11. Ingenui sunt, qui liberi nati sunt; libertini, qui ex justa servitute manumissi sunt.

12. Rursus libertinorum tria sunt genera; nam aut cives Romani aut Latini aut dediticiorum numero sunt; ...

48. Sequitur de jure personarum alia divisio. Nam quaedam personae sui juris sunt, quaedam alieno juri subjectae sunt.

49. Rursus earum personarum, quae alieno juri subjectae sunt, aliae in potestate, aliae in manu, aliae in mancipio sunt.

50. Videamus nunc de his quae alieno juri subjectae sint; nam si cognoverimus quae istae personae sint, simul intellegemus quae sui juris sint.

51. Ac prius dispiciamus de iis qui in aliena potestate sunt.

52. In potestate itaque sunt servi dominorum. Quae quidem potestas juris gentium est; nam upud omnes peraeque gentes animadvertere possumus dominis in servos vitae necisque potestatem esse; et quodcumque per servum adquiritur, id domino adquiritur.

53. Sed hoc tempore neque civibus Romanis nec ullis aliis hominibus, qui sub imperio populi Ro-

ského národa mají kvestoři; neboť do císařských provincií se kvestoři vůbec neposílají, a proto se tento edikt v těchto provinciích nevyskytuje.

7. *Responsa prudentium* jsou názory a mínění těch, jimž bylo dovoleno zakládat práva (iura condere). Jestliže se názor jich všech shoduje, pak to, co takto míní, nabývá moci zákona; jestliže se v názoru rozcházejí, je dovoleno soudci přidržeti se podle své vůle toho či onoho mínění; a to stanoví reskript božského Hadriána.

## II. Rozdělení práva.

8. Veškeré právo, jehož užíváme, se vztahuje buď na osoby nebo na věci nebo na žaloby. Proto nejdříve pojednáme o osobách.

## III. Postavení lidí.

9. Nejvyšším v právu osob je dělení všech lidí na svobodné a otroky.

10. Svobodní lidé jsou dále jedni svobodnými od narození (*ingenui*), druzí byli na svobodu propuštěni (propuštěnci, *libertini*).

11. *Ingenui* jsou ti, kdo se narodili ve svobodě; *libertini* pak, kdo byli propuštěni z pravého otroctví.

12. Propuštěnců jsou dále tři druhy; jsou totiž buď římskými občany nebo latiny nebo mají postavení podmaněných osob (*dediticiorum numero*) ...

48. V právu osob následuje jiné rozdělení. Neboť jedny osoby jsou osobami svého práva, své moci (*personae sui iuris*), druhé jsou podrobeny právu (moci) jiné osoby (*personae alieni iuris*).

49. Z osob *alieni iuris* jsou opět některé v panské a v rodinné moci (*in potestate*), jiné v moci manželské (*in manu*) a konečně jiné jakož v majetku (*in mancipio*).

50. Všimněme si nyní těch osob, které jsou podrobeny právu jiného; neboť, jakmile seznáme, které osoby to jsou, budeme současně vědět, kdo je *sui iuris*.

51. Nejdříve prozkoumáme, které osoby jsou „*in potestate*“.

52. „*In potestate*“ jsou otroci pánu. Tato panská, otrokářská moc je zařízením mezinárodního práva (*iuris gentium*); můžeme totiž pozorovat shodně u všech národů, že páni mají nad otroky moc nad životem a smrtí (*ius vitae necisque*); a a cokoli nabývá otrok, nabývá pro pána.

53. Ale dneska není dovoleno ani římským občanům ani jiným lidem, kteří obývají říši římské,

mani sunt, licet supra modum et sine causa in servos suos saevire; nam ex constitutione imperatoris Antonini qui sine causa servum suum occiderit, non minus teneri jubetur, quam qui alienum servum occiderit. Sed et major quoque asperitas dominorum per ejusdem principis constitutionem coercetur; nam consultus a quibusdam praesidiis provinciarum de his servis qui ad fana deorum vel ad statuas principum confidunt, praecepit, ut, si intolerabilis videatur dominorum saevitia, cogantur servos suos vendere. Et utrumque recte fit; male enim nostro jure uti non debemus, qua ratione et prodigis interdicitur bonorum suorum administratio.

54. Ceterum cum apud cives Romanos duplex sit dominium (nam vel in bonis vel ex iure Quiritium vel ex utroque jure cujusque servus esse intellegitur), ita demum servum in potestate domini esse dicemus, si in bonis ejus sit, etiamsi simul ex jure Quiritium ejusdem non sit; nam qui nudum jus Quiritium in servo habet, is potestatem habere non intellegitur.

55. Item in potestate nostra sunt liberi nostri quos justis nuptiis procreavimus. Quod jus proprium civium Romanorum est; fere enim nulli alii sunt homines qui talem in filios suos habent potestatem, qualem nos habemus...

97. Non solum tamen naturales liberi, secundum ea quae diximus, in potestate nostra sunt, verum et hi quos adoptamus.

98. Adoptio autem duobus modis fit, aut populi auctoritate, aut imperio magistratus, veluti praetoris.

99. Populi auctoritate adoptamus eos qui sui juris sunt; quae species adoptionis dicitur adrogatio, quia et is qui adoptat rogatur, id est interrogatur, an velit eum quem adoptatus sit justum sibi filium esse; et is qui adoptatur rogaratur, ad id fieri patiatur; et populus rogaratur, an id fieri jubeat. Imperio magistratus adoptamus eos qui in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum optineant, qualis est filius et filia, sive inferiorem, qualis est nepos neptis, pronepos proneptis.

104. Feminae vero nullo modo adoptare possunt, quia ne quidem naturales liberos in potestate habent.

ského národa, nadměrně a bez příčiny zuřit na jejich otroky; neboť podle konstituce císaře Antonina odpovídá ten, kdo bez příčiny zabil svého otroka, stejně jako ten, kdo zabil cizího otroka. Ale i větší drsnost pánů se krotí výnosem téhož panovníka; některí správci provincií totiž o otrocích, kteří se utekou do svatyně bohů nebo k sochám vladařů, stanovili, že páni mají být nuceni prodat své otroky, jestliže se shledá zuřivost pánů nesnesitelnou. A oboji je správné; vždyť nemáme svého práva zneužívat; z téhož důvodu zakazujeme i marnotratníkům spravovat jejich majetek.

54. Ostatně, poněvadž u římských občanů je dvojí vlastnictví (neboť otrok někomu patří buď do jeho majetku nebo podle kviritského práva anebo podle obojího práva), říkáme o otrokově, že je v moci toho pána, který ho má v majetku, i když mu současně nenáleží na základě kviritského práva; neboť ten, kdo má k otroku holé právo kviritské, nemá nad ním moc.

55. Rovněž jsou v naší moci (*potestus*) naše děti, které jsme zplodili v rádném manželství. Toto právo nad dětmi je vlastní římským občanům; snad ani nejsou lidé, kteří by měli takovou moc nad svými syny, jakou máme my...

97. Podle toho, co jsme řekli, nejsou v naší moci jenom přirozené děti, ale i ty, které jsme si osvojili.

98. Osvojení, adopce (*adoptio*) se děje dvojím způsobem, buď z moci národa (*populi auctoritate*) nebo z pravomoci (*imperio*) magistrátu, na př. z pretorské pravomoci.

99. Z moci národa si osvojujeme ty osoby, které jsou *sui iuris*; a tento druh osvojení se nazývá adrogací, ježto je dotazován — *rogatur, interrogatur* —

i ten, kdo si někoho osvojuje, na to, zda si přeje mít za pravého syna toho, koho si hodlá osvojit;

i ten, kdo je osvojován, zda strpí, aby k osvojení došlo;

i národ na to, zda přikazuje, aby se tak stalo. Z pravomoci magistrátů si osvojujeme osoby, které jsou v otcovské moci, nechať jde o děti prvního stupně, jako je syn a dcera, nebo dalšího stupně, jako jsou vnuk a vnučka, či pravnuk a pravnuka.

104. Ženy si nemohou v žádném případě někoho osvojiti, ježto nemají ani přirozené děti ve své moci.

107. Illud proprium est ejus adoptionis quae per populum fit, quod is qui liberos in postestae habet, si se adrogandum dederit, non solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed etiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate tamquam nepotes.
108. Nunc de his personis videamus quae in manu nostra sunt. Quod et ipsum jus proprium ci-vium Romanorum est.
109. Sed in potestate quidem et masculi et feminae esse solent; in manum autem feminae tan-tum conveniunt.
110. Olim itaque tribus modis in manum conve-niebant: usu, farreo, coemptione.
111. Usu in manum conveniebat quae anno con-tinuo nupta perseverabat; quia enim veluti annua posse-sione usucapiebatur, in familiam viri trans-sibat filiaeque locum optinebat. Itaque lege XII tabularum cautum est, ut si qua nollet eo modo in manum mariti convenire, ea quotannis tri-noctio abesset atque eo modo usum cujusque anni interrumperet. Sed hoc totum jus partim legibus sublatum est, partim ipsa desuetudine oblitera-tum est.
112. Farreo in manum conveniunt per quoddam genus sacrificii quod Jovi Farreo fit; in quo far-reus panis adhibetur, unde etiam confarreatio dicitur; ...
113. Coemptione vero in manum conveniunt per mancipationem, id est per quandam imaginariam venditionem; nam adhibitis non minus quam V testibus civibus Romanis puberibus, item libri-pende, emit vir mulierem cuius in manum con-venit.
127. Hi vero qui in potestate parentis sunt, mor-tuo eo sui juris fiunt ...
132. Praeterea emancipatione desinunt liberi in potestate parentum esse; sed filius quidem tri-bus mancipationibus, ceteri vero liberi, sive mas-culini sexus sive feminini, una mancipatione exeunt de parentum potestate; lex enim XII ta-bularum tantum in persona filii de tribus manci-pationibus loquitur his verbis: SI PATER FI-LIUM TER VENUM DUIT A PATRE FILIUS LIBER ESTO ...
138. Ii qui in causa mancipii sunt, quia servorum loco habentur, vindicta, censu, testamento ma-numissi sui juris fiunt.

107. Osvojení z moci národa má tu vlastnost, že osoba, která má ve své moci děti a dá se osvoji-ti, vstupuje do osvojitelovy moci netolikou sa-ma, ale i její děti jakožto vnuci.
108. Nyní pojednáme o osobách, které máme v manželské moci (*in manu*). Také „*manus*“ je právem vlastním římským občanům.
109. „*In potestate*“ bývají muži i ženy; „*in manu*“ však jenom ženy.
110. Kdysi se vstupovalo do manželské moci (*in manum conventio*) jedním ze tří způsobů: užíváním (*usu*), obětí (*farreo*) nebo koupí (*coemptione*).
111. *Usu*, užíváním, vstupovala žena do manžel-ské moci tím, že setrvala u muže jako manželka nepřetržitě po jeden rok; tady, jakoby byla vy-držena roční držbou, přecházela do mužovy ro-diny a nabývala postavení dcery. Zákon dva-nácti tabulí stanovil, že žena, která tímto způ-sobem nechce vstoupit do manželovy moci, má být vzdálena z jeho domu po tři noci po sobě jdoucí, čímž se povždy roční užívání přetrhuje. Avšak toto právo bylo zrušeno částečně zákony, částečně zvykově.
112. *Farreo*, obětí, vstupují ženy do manželské moci jakýmsi druhem oběti Jovu Farreovi; při tom se užívá chleba za špaldy (*farreus panis*) — odtud se také mluví o „*confarreatio*“ ...
113. *Coemptione*, koupí, vstupují ženy do manželské moci mancipací, to je jakousi obraznou koupí; neboť v přítomnosti alespoň pěti dospělých římských občanů a vážného (*libripens*) ku-puje muž ženu, kterou přijímá ve svou moc.
127. Ti, kdo jsou v otcovské moci, se stávají otcovou smrtí osobami *sui iuris* ...
132. Kromě toho přestávají být děti podrobeny otcovské moci propuštěním z této moci, emanci-pací; to se děje u syna třemi, a u ostatních dětí mužského nebo ženského pohlaví jednou manci-pací; zákon dvanácti tabulí totiž mluví toliko u syna o trojím obřadném prodeji ve slovech: „Jestliže otec třikrát prodá syna, budiž syn od otce svoboden“ ...
138. Ti, co jsou jakoby v majetku (*in causa mancipii*), stávají se *sui iuris*, poněvadž jsou v postavení, jakoby byli otroky, propuštěním ve formě procesního jednání (*manumissio vin-dicta*), zápisem mezi římské občany (*manumis-sio censu*) nebo závěti (*manumissio testamento*).

142. Transeamus nunc ad aliam divisionem. Nam ex his personis quae neque in potestate, neque in manu, neque in mancipio sunt, quaedam vel in tutela sunt vel in curatione, quaedam neutro jure tenentur.

156. Sunt autem agnati per virilis sexus personas cognitione juncti, quasi a patre cognati, veluti frater eodem patre natus. fratri filius neposve ex eo, item patruus et patrui filius et nepos ex eo. At hi, qui per feminini sexus personas cognitione conjunguntur, non sunt agnati, sed alias naturali jure cognati. Itaque per avunculum et sororis filium non agnatio est, sed cognatio...

158. Sed adgnationis quidem jus capitis diminutione perimitur, cognitionis vero jus eo modo non commutatur, quia civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non potest.

159. Est autem capitis diminutio prioris status permutatio. Eaque tribus modis accidit; nam aut maxima est capitis diminutio, aut minor, quam quidam medium vocant, aut minima.

160. Maxima est capitis diminutio, cum aliquis simul et civitatem et libertatem amittit; ...

161. Minor sive media est capitis diminutio, cum civitas amittitur, libertas retinetur; quod accidit ei cui aqua et igni interdictum fuerit.

162. Minima est capitis diminutio, cum et civitas et libertas retinetur, sed status hominis commutatur; quod accidit in his qui adoptantur, item in his quae coemptionem faciunt, ...

### Commentarius secundus.

1. Superiore commentario de jure personarum exposuimus; modo videamus de rebus; quae vel in nostro patrimonio sunt vel extra nostrum patrimonium habentur.
2. Summa itaque rerum divisio in duos articulos diducitur: nam aliae sunt divini juris, aliae humani.
3. Divini juris sunt veluti res sacrae et religiosae.
4. Sacrae sunt, quae diis superis consecratae sunt; religiosae quae diis Manibus relictæ sunt.

142. Přejdeme nyní k jinému rozdělení osob. Neboť z osob, které nejsou ani v panské a v rodinné moci ani v moci manželské ani nejsou jakoby v majetku (*in mancipio*), jsou některé pod poručenstvím, jiné pod opatrovnictvím, některé pod obojím.

156. Agnáty jsou osoby spojené příbuzenstvím zprostředkováným osobami mužského pohlaví — jakoby byli otcem uznaní „*cognati*“ — např. bratr zplozený týmž otcem, bratrův syn nebo jeho vnuk, rovněž strýc a strýcův syn a vnuk. Avšak ti, jichž příbuzenství je zprostředkováno ženami, nejsou agnáty, ale jsou jinak příbuzní, jsou podle přirozeného práva kognáty. A tak mezi dědem a sestřiným synem není agnátský, ale kognátský poměr...

158. Snížením osobnosti zaniká agnátské právo, ale nemění se právo kognace, ježto občanský důvod může narušovat občanská práva, nikoli však práva přirozená.

159. Snižení osobnosti (*capitis diminutio*) je totiž změna dřívějšího stavu. Děje se některým ze tří způsobů; neboť je snížení osobnosti buď největší nebo menší — jak někteří říkají „střední“ — nebo nejmenší.

160. Největší snížení osobnosti (*capitis diminutio maxima*) je tu tehdy, ztratí-li někdo zároveň i občanství i svobodu; ...

161. Menší čili střední snížení osobnosti (*minor sive media capitis diminutio*) nastává ztrátou občanství se zachováním svobody; tomu je tak při zákazu „vody a ohně“ (*interdictum aquae et ignis*).

162. Nejmenší snížení osobnosti (*capitis diminutio minima*) vzniká změnou (rodinného) stavu člověka se zachováním i občanství i svobody; to se přihází při osvojení nebo při koupi ženy (*coemptio*).

### Druhý komentář.

1. V předchozím komentáři jsme vyložili právo osob; nyní přihlédneme k věcem; ty jsou buď v našem vlastnictví nebo mimo naše vlastnictví (*patrimonium*).
2. Nejvyšším je rozdělení věcí ve dvě skupiny; jedny totiž jsou věci božského práva, druhé práva lidského.
3. Věci božského práva jsou věci zasvěcené a posvátné.
4. Zasvěcené věci jsou věnovány vysokým bohům, posvátné věci jsou ponechány bohům domácím.

5. Sed sacram quidem hoc solum existimatur quod ex auctoritate populi Romani consecratum est, veluti lege de ea re lata aut senatusconsulto facto.

6. Religiosum vero nostra voluntate facimus mortuum inferentes in locum nostrum, si modo ejus mortui funus ad nos pertineat.

7. Sed in provinciali solo placet plerisque solum religiosum non fieri, quia in eo solo dominium populi Romani est vel Caesaris, nos autem possessionem tantum vel usumfructum habere videmur; utique tamen etiam si non sit religiosum, pro religioso habetur.

8. Sanctae quoque res, velut muri et portae, quodammodo divini juris sunt.

9. Quod autem divini juris est, id nullius in bonis est; id vero, quod humani juris est, plerumque alicujus in bonis est; potest autem et nullius in bonis esse; nam res hereditariae, antequam aliquis heres existat, nullius in bonis sunt.

10. Hae autem humani juris sunt, aut publicae sunt aut privatae.

11. Quae publicae sunt, nullius videntur in bonis esse; ipsius enim universitatis esse creduntur. Privatae sunt quae singulorum hominum sunt.

12. Quaedam praeterea res corporales sunt, quaedam incorporeles.

13. Corporales hae sunt quae tangi possunt, velut fundus homo vestis aurum argentum et denique aliae res innumerabiles.

14. Incorporeles sunt quae tangi non possunt, qualia sunt ea quae jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quoquo modo contractae. Nec ad rem pertinet, quod in hereditate res corporales continentur, et fructus qui ex fundo percipiuntur corporales sunt, et quod ex aliqua obligatione nobis debetur id plerumque corporale est, veluti fundus homo pecunia; nam ipsum jus successionis et ipsum jus utendi fruendi et ipsum jus obligationis incorporale est. Eodem numero sunt jura praediorum urbanorum et rusticorum. Praediorum urbanorum jura sunt velut jus altius tollendi aedes et officiendi luminibus vicini aedium aut non extollendi ne luminibus vicini officiatur. Item fluminum et stilicidiorum jus, id est ut vicinus flumen vel stilicidium in aream vel in aedes suas recipiat; item cloacae immittendae et fluminum immittendorum. Praediorum rusticorum jura sunt velut via iter actus, item pecoris ad aquam adpulsus, item jus aquae ducendae. Haec

5. Za zasvěcenou půdu (*sacrum solum*) se pokládá to, co bylo posvěceno z moci římského národa, na př. zákonem o tom vydaným nebo usnesením senátu.

6. Posvátnou (*religiosum solum*) však činíme půdu uložením zemřelého do svého pozemku, jestliže jsme měli obstarat pohřeb.

7. Ale v provinční půdě — jak se mnozí domnívají — nevzniká posvátný pozemek, poněvadž vlastnictví této půdy náleží římskému národu nebo císaři, my však máme k této půdě pouze držbu nebo požívání; odtud se také pozemek nemůže stát posvátným, ale považuje se za takový.

8. Svaté věci, jako hrady a brány, jsou jaksi věcmi božského práva.

9. Co je božského práva, nemůže být v majetku nikoho; to však, co je lidského práva, často je v majetku někoho, ale nemusí to být; pozůstalostní věci nejsou, dříve než se někdo stane dědicem, v majetku nikoho (*res nullius*).

10. Věci lidského práva jsou buď veřejné nebo soukromé.

11. Veřejné věci nejsou v majetku nikoho; má se zato, že náležejí pospolitosti. Soukromé věci patří jednotlivým lidem.

12. Mimo to jsou věci tělesné a netělesné.

13. Tělesnými (*res corporales*) jsou věci, kterých se můžeme dotknout, jako pozemek, člověk, šat, zlato, stříbro a jiné nesčetné věci.

14. Netělesnými (*res incorporeles*) jsou věci, jichž se nemůžeme dotknout; takovými jsou věci, které pozůstávají z práv, jako je dědictví, poživací právo, závazky uzavřené jakýmkoli způsobem. A nedotýká se podstaty, že jsou v pozůstalosti tělesné věci, ani že plody, které těžíme z pozemku, jsou tělesné a že to, co se nám dluhuje z nějakého závazku, je často tělesné, jako pozemek, člověk, peníze. Neboť samo nástupnické právo a samo právo poživací a samo závazkové právo je netělesné. Těhož druhu jsou práva k městským a venkovským (zemědělským) pozemkům. Práva k městským pozemkům jsou na př. právo výše stavěti a zatarasiti světlo budově souseda nebo právo nestavěti výše, aby se nebránilo ve světle sousedovi. Rovněž právo žlabu (*ius fluminum*) a právo okapu (*ius stilicidiorum*), to je, aby soused strpěl na svém humně nebo stavbě svádění vody po žlabě nebo po kapkách; také právo stoky nebo právo světla. Právy k zemědělským pozem-

jura tam rusticorum quam urbanorum praediorum servitutes vocantur.

14a. Est etiam alia rerum divisio: nam aut mancipi sunt aut nec mancipi. Mancipi sunt velut fundus in Italico solo, item aedes in Italico solo, item servi et ea animalia quae collocadore domari solent, velut boves equi muli asini; item servitutes praediorum rusticorum. Nam servitutes praediorum urbanorum nec mancipi sunt.

15. Item stipendiaria praedia et tributaria nec mancipi sunt...

18. Magna autem differentia est inter mancipi res et nec mancipi.

19. Nam res nec mancipi ipsa traditione pleno jure alterius fiunt, si modo corporales sunt et ob id recipiunt traditionem.

20. Itaque si tibi vestem vel aurum vel argentum tradidero sive ex venditionis causa sive ex donationis sive quavis alia ex causa, statim tu fit ea res, si modo ego ejus dominus sim.

21. In eadem causa sunt provincialia praedia, quorum alia stipendiaria alia tributaria vocamus. Stipendiaria sunt ea, quae in his provinciis sunt, quae propriae populi Romani esse intelleguntur; tributaria sunt ea quae in his provinciis sunt, quae propriae Caesaris esse creduntur.

22. Mancipi vero res sunt quae per mancipationem ad alium transferuntur; unde etiam mancipi res sunt dictae. Quod autem valet mancipatio, idem valet et in jure cessio.

23. Et mancipatio quidem quemadmodum fiat, superiore commentario tradidimus.

24. In jure cessio autem hoc modo fit: apud magistratum populi Romani, veluti praetorem, is cui res in jure ceditur rem tenens ita dicit: HUNC EGO HOMINEM EX JURE QUIRITIUM MEUM ESSE AIO; deinde postquam hic vindicaverit, praetor interrogat eum qui cedit, an contra vindicet; quo negante aut tacente tunc ei qui vindicaverit, eam rem addicit; idque legis actio vocatur. Hoc fieri potest etiam in provinciis apud praesides earum.

25. Plerumque tamen et fere semper mancipa-

kum jsou na př. právo stezky, průhonu nebo vozové cesty, právo hnáti dobytek k vodě, rovněž právo vésti vodu. Tato práva k zemědělským pozemkům i k městským pozemkům se nazývají služebnosti (*servitutes*).

14a. Jiné je rozdělení věci na věci mancipační a nemancipační (*res mancipi, res nec mancipi*). Mancipačními věcmi jsou na př. pozemek v italské půdě, stavba na italské půdě, otroci a zvířata tažná a soumaři, jako voli, koně, muli, osli; rovněž služebnosti zemědělských pozemků. Služebnosti městských pozemků však jsou věci nemancipačními.

15. Nemancipačními věcmi jsou také pozemky stipendiární a tributární...

18. Velký je ovšem rozdíl mezi mancipačními a nemancipačními věcmi.

19. Nemancipační věci se totiž plným právem převádějí na jiného odevzdáním (*traditio*), za předpokladu, že jsou tělesné a snášeji proto odevzdání.

20. A tak, jestliže ti odevzdám šat, zlato nebo stříbro z důvodu prodeje nebo darování či z jakéhokoli jiného důvodu, stává se tato věc ihned tvojí, jen když jsem (byl v době odevzdání) jejím vlastníkem.

21. Stejně tak je to s provinčními pozemky, z nichž jedny jsou stipendiární, druhé tributární. Stipendiárními (*praedia stipendiaria*) jsou pozemky v těch provinciích, které se pokládají za vlastní národa římského; tributárními (*praedia tributaria*) jsou pozemky v oněch provinciích, o nichž se má zato, že patří císaři.

22. Mancipační věci se převádějí obrazným prodejem a koupí (*mancipatio*) — odtud také jejich název. Avšak to, co platí o mancipaci, platí též o převodu obrazným sporem vlastnickým (*in iure cessio*).

23. Jak se provádí mancipeace, jsme ukázali v prvním komentáři.

24. *In iure cessio* se děje tímto způsobem: Před magistrátem římského národa, na př. před pretorem, ten, na něhož se převádí věc „*in iure*“, drží věc a praví: „O tomto člověku říkám, že je podle kviritského práva můj.“ Když si nabyvatel takto věc přisvojil (vindikoval), táže se pretor toho, kdo postupuje, zda si naopak tu věc nepřisvojuje on (to je zda kontravindikuje); když tento popře nebo mlčí, tu pretor tomu, kdo vindikoval, onu věc přířkne — a to se nazývá „*legis actio*“. Toto jednání se může stát i v provinciích před jejich správci.

25. Často však — a téměř vždycky — užíváme

tionibus utimur; quod enim ipsi per nos praesentibus amicis agere possumus, hoc non est necesse cum majore difficultate apud praetorem aut apud praesidem provinciae agere.

26. Quodsi neque mancipata neque in jure cessa sit res mancipi, sed tantum tradita ...

28. Res incorporales traditionem non recipere manifestum est.

29. Sed jura praediorum urbanorum in jure cedi tantum possunt; rusticorum vero etiam mancipari possunt.

30. Ususfructus in jure cessionem tantum recipit, nam dominus proprietatis alii usumfructum in jure cedere potest, ut ille usumfructum habeat et ipse nudam proprietatem retineat ...

34. Hereditas quoque in jure cessionem tantum recipit.

40. Sequitur ut admoneamus apud peregrinos quidem unum esse dominium: nam aut dominus quisque est, aut dominus non intellegitur. Quo jure etiam populus Romanus olim utebatur: aut enim ex jure Quiritium unusquisque dominus erat, aut non intellegebatur dominus; sed postea divisionem accepit dominium, ut alius possit esse ex jure Quiritium dominus, aliis in bonis habere.

60. Sed fiducia contrahitur aut cum creditore pignoris jure, aut cum amico, quo tutius nostrae res apud eum sint; ...

73. Praeterea id, quod in solo nostro ab aliquo aedificatum est, quamvis ille suo nomine aedificaverit, jure naturali nostrum fit, quia superficies solo cedit.

74. Multoque magis id accidit et in planta quam quis in solo nostro posuerit, si modo radicibus terram complexa fuerit.

75. Idem contingit et in frumento quod in solo nostro ab aliquo satum fuerit.

86. Adquiritur autem nobis non solum per nosmet ipsos, sed etiam per eos quos in posestate manu mancipiove habemus; ...

97. Hactenus tantisper admonuisse sufficit quemadmodum singulae res nobis adquirantur. Nam legatorum jus, quo et ipso singulas res adquirimus, opportunius alio loco referemus. Videamus itaque nunc quibus modis per universitatem res nobis adquirantur.

98. Si cui heredes facti sumus, sive cuius bonorum possessionem petierimus, sive cuius bona

mancipací, neboť můžeme při nich sami jednat za přítomnosti přátel. Není přitom ona nutná větší nesnáz, která se vyskytuje při jednání před pretorem nebo správcem provincie.

26. Jestliže nebyla mancipační věc mancipována ani postoupena in iure cesi, ale byla toliko prostě odevzdána (tradována), ...

28. Netělesné věci nesnášejí — jak je to zjednáno — odevzdání (tradici).

29. Ale práva k městským pozemkům mohou být toliko postoupena in iure; práva k zemědělským pozemkům však mohou být také mancipována.

30. Požívací právo snáší pouze in iure cesi, vlastník totiž může jinému postoupiti in iure požívací právo, takže nabývatele má požívání (*ususfructus*) a vlastníku zůstává holé vlastnictví (*nuda proprietas*) ...

34. Dědictví snáší jenom in iure cesi.

40. Zbývá, abychom připomněli, že u cizinců se vyskytuje jediné vlastnictví: neboť bud' je někdo vlastníkem nebo jím není. Tohoto práva také kdysi užíval římský národ: bud' totiž někdo byl vlastníkem podle kviritského práva nebo vlastníkem nebyl. Později však se vlastnictví rozlišilo, takže jeden může být vlastníkem podle kviritského práva, druhý může mít věc v majetku (*in bonis habere*).

60. Ale fiducia se uzavírá bud' s věřitelem z důvodu zástavního práva, nebo s přítelem proto, aby u něho byly naše věci ve větším bezpečí; ...

73. Mimo to vše, co někdo na našem pozemku vystavěl, i když stavěl vlastním jménem, stává se podle přirozeného práva naším, protože povrch ustupuje půdě (*Superficies solo cedit*.).

74. Tím spíše k tomu dochází při rostlině, kterou někdo vsadil do našeho pozemku, jakmile se zachytily půdy svými kořeny.

75. Totéž se přihází při obilí, které někdo zasel na našem pozemku.

86. Nabýváme netolikо prostřednictvím sebe samých, ale také prostřednictvím těch, které máme v mocи panské a rodinné nebo manželské nebo jakoby v majetku.

97. Zbývá jen připomenout, jakým způsobem nabýváme jednotlivé věci. O odkazech, jimiž také nabýváme jednotlivé věci, vhodněji pojednáme jinde. Všimneme si nyní, jak nabýváme věci universálně (*per universitatem*).

98. Jestliže jsme se stali dědici nějaké osoby nebo jsme požádali o její *bonorum possessio*

emerimus, sive quem adoptaverimus, sive quam in manum ut uxorem receperimus, ejus res ad nos transeunt.

99. Ac prius de hereditatibus dispiciamus, quorum duplex condicio est: nam vel ex testamento vel ab intestato ad nos pertinent.

100. Et prius est ut de his discipiciamus quae nobis ex testamento obveniunt.

101. Testamentorum autem genera initio duo fuerunt: nam aut calatis comitiis testamentum faciebant, quae comitia bis in anno testamentis faciendis destinata erant, aut in procinctu, id est cum belli causa arma sumebant; procinctus est enim expeditus et armatus exercitus. Alterum itaque in pace et in otio faciebant, alterum in proelium exituri.

102. Accessit deinde tertium genus testamenti, quod per aes et libram agitur. Qui neque calatis comitiis neque in procinctu testamentum fecerat, is si subita morte urguebatur, amico familiam suam, id est patrimonium suum, mancipio dabant, eumque rogabat quid cuique post mortem suam dari vellet. Quod testamentum dicitur per aes et libram, scilicet quia per mancipationem peragitur.

103. Sed illa quidem duo genera testamentorum in desuetudinem abierunt; hoc vero solum quod per aes et libram fit, in usu retentum est. Sane nunc aliter ordinatur quam olim solebat. Namque olim familiae emptor, id est qui a testatore familiam accipiebat mancipio, heredis locum optinebat, et ob id ei mandabat testator, quid cuique post mortem suam dari vellet; nunc vero alias heres testamento instituitur, a quo etiam legata relinquuntur, alias dicis gratia propter veteris juris imitationem familiae emptor adhibetur.

104. Eaque res ita agitur: qui facit testamentum, adhibitis, sicut in ceteris mancipationibus, V testibus civibus Romanis puberibus et libripende, postquam tabulas testamenti scripserit, mancipat alicui dicis gratia familiam suam; in qua re his verbis familiae emptor utitur: „Familiam pecuniamque tuam endo mandatela tua custodelaque mea esse aio, et ea quo tu jure testamentum facere possis secundum legem publicam, hoc aere,“ et ut quidam adjiciunt „aeneaque libra, esto mihi empta“; deinde aere percudit libram, idque aes dat testatori velut pretii loco; deinde testator tabulas testamenti tenens ita dicit: „Haec ita ut in his

nebo jež majetek jsme koupili nebo jsme si někoho osvojili nebo jsme ženu přijali jako manželku do své moci — pak na nás přecházejí práva těchto osob.

99. Nejprve pojednáme o dědictví, jehož jsou dva druhy; buď se dědi ze závěti nebo bez závěti (*ab intestato*).

100. Především si všimneme toho, co nabýváme ze závěti, z testamentu (*ex testamento*).

101. Na počátku byly dva druhy závěti; činili totiž závěť před svolaným shromážděním (*testamentum comitiis calatis*), kterážto shromáždění byla určena dvakrát do roka pro závěti, nebo pořizovali závěti před seřazeným vojskem (*testamentum in procinctu*), to je když brali do rukou zbraně, aby válčili; neboť „*procinctus*“ je vojsko shromážděné a ozbrojené. Jednou dělali závěť v míru a klidu, po druhé jdouce do války.

102. Nato přistoupil třetí druh závěti — „*testamentum per aes et libram*“. Kdo neučinil závět ani před svolaným shromážděním lidu, ani před seřazeným vojskem, jsa tísňen náhlým nebezpečím smrti, dával svou rodinu, to je své vlastnictví, mancipaci do majetku příteli a žádal ho a oznamoval mu, co a komu by po své smrti chtěl dát. Tato závěť se nazývá „*testamentum per aes et libram*“, ježto se děje mancipaci.

103. Ony dva druhy závěti vyšly z užívání; pořizuje se pouze závěti *per aes et libram*. Zajisté že se to děje nyní jinak, než kdysi se dálo. Kdysi totiž kupec rodiny, to je ten, kdo od zůstavitele přijímal mancipio jeho rodinu, dosahoval postavení dědice, a proto mu zůstavitel přikazoval, co a komu chce dát po své smrti. Nyní se však někdo jiný ustanovuje závěti za dědice, jemuž se také ukládají odkazy, a někdo jiný se na oko přijímá — aby se napodobilo staré právo — za kupce rodiny (*familiae emptor*).

104. Děje se to takto:

Ten, kdo pořizuje závěti, přibere jako při jiných mancipacích, za svědky pět dospělých občanů římských a vážného, napiše závět a mancipuje na oko svou rodinu. Při tom kupec rodiny užije těchto slov: „Kupuji tvou rodinu a tvé peníze a prohlašuji, že to, čemu jsi přikazoval a o co jsi se staral, je moje a to, o čem jsi mohl po právu podle veřejného zákona závěti pořídit, budíž mnou zakoupeno tímto kovem“ a — jak někteří dodávají — „kovovou librou“; na to udeří kovem o váhu a dá kov zůstaviteli na místo ceny. Potom zůstavitel, drže závětní desky, praví: „Jak je na těchto voskových deskách na-

tabulis cerisque scripta sunt, ita do ita lego ita testor itaque vos Quirites testimonium mihi perhibetote“; et hoc dicitur nuncupatio: nuncupare est enim palam nominare, et sane quae testator specialiter in tabulis testamenti scriperit, ea videtur generali sermone nominare atque confirmare.

147. Non tamen per omnia inutilia sunt ea testamenta quae vel ab initio non jure facta sunt vel jure facta postea inrita facta aut rupta sunt...

152. Heredes autem aut necessarii dicuntur aut sui et necessarii aut extranei.

153. Necessarius heres est servus cum libertate heres institutus, ideo sic appellatus, quia sive velit sive nolit, omni modo post mortem testatoris protinus liber et heres est.

156. Sui autem et necessarii heredes, sunt velut filius filiae, nepos neptisve ex filio, et deinceps ceteri qui modo in potestate morientis fuerunt...

157. Sed sui quidem heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt et vivo quoque parente quodammodo domini existimantur; ... Necessarii vero ideo dicuntur, quia omni modo, sive velint sive nolint, tam ab intestato quam ex testamento heredes fiunt.

158. Sed his praetor permittit abstinere se ab hereditate, ut potius parentis bona veneant.

161. Ceteri qui testatoris juri subjecti non sunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque nostri, qui in potestate nostra non sunt, heredes a nobis instituti sicut extranei videntur...

164. Extraneis heredibus solet cretio dari, id est finis deliberandi, ut intra certum tempus vel adeant hereditatem, vel si non adeant, temporis fine summoveantur. Ideo autem cretio appellata est, quia cernere est quasi decernere et constituere.

(*De substitutionibus.*) 174. Interdum duos pluresve gradus heredum facimus, hoc modo: „L. Titius heres esto cernitoque in diebus centum proximis quibus scies poterisque. Quodni ita creveris, exheres esto. Tum Mevius heres esto cernitoque in diebus centum“ et reliqua; et

psáno, tak dávám, tak odkazují, tak pořizují a tak mně, Kvirité, vydejte svědeckví“; a toto se nazývá nunkupací; neboť „nuncupare“ je veřejně jmenovati, a zajisté to, co zůstavitele zvláště napsal na deskách závěti, všeobecnou řečí jakoby jmenoval a potvrzoval.

147. Nejsou však ve všem neužitečnými veškeré závěti, které bud' hned od počátku nebyly pořízeny po právu nebo sice po právu byly zřízeny, ale později se staly neplatnými jako „testamentum irritum“ nebo „testamentum ruptum“.

152. Dědicové jsou, jak se říká, trojího druhu: *heredes necessarii*, *heredes sui et necessarii*, *heredes extranei*.

153. „*Necessarius heres*“ je otrok ustanovený dědicem s propuštěním na svobodu; tak se tento dědic označuje, ježto — ať už chce nebo nechce — v každém případě se stává ihned zůstavitelovou smrtí svobodným a dědicem.

156. „*Sui et necessarii heredes*“ jsou na př. syn nebo dcera, vnuk nebo vnučka ze syna, a pak ostatní, jenom když jsou v zůstavitelově moci v době jeho úmrtí...

157. Svými dědici (*sui heredes*) se označují, poněvadž jsou domácími dědici a už za zůstavitelova života jsou považováni jakoby za pány; ... Nutnými dědici (*heredes necessarii*) jsou proto, že se jimi stávají, ať již chtějí nebo nechtějí, ať bez závěti nebo ze závěti.

158. Ale těmto pretor povoluje zdržeti se dědictví, aby spíše otcovské statky přišly na prodej.

161. Ostatní dědici, kteří nejsou podrobeni zůstavitelově moci, se jmenují cizími dědici — „*heredes extranei*“. A tak rovněž naše děti, nejsoucí v naší moci, jsou-li námi ustanoveni za dědice, jsou cizími dědici (*heredes extranei*)...

164. Těm, kdo jsou „*heredes extranei*“, se obvykle dává lhůta na rozmyšlenou (*cretio*), aby během určitého času bud' se v dědictví uvázali nebo byli z něho vyloučeni, jestliže se v dědictví neuvázali. „*Cretio*“ je ona lhůta označena proto, že „cernere“ znamená: rozhodnouti a ustanoviti, ujati se.

(*Náhradnictví. Substitutiones.*) 174. Někdy ustanovujeme dva nebo více stupňů dědiců takto: „L. Titius budiž dědicem a rozhodně se v nejbližších stu dnech, zda se chce a může státi dědicem. Jestliže se dědictví neujme, budiž vyděděn. Tehdy pak budiž dědicem Mevius